

sed solennes, quibus ipse Christus cum discipulis suis interfuit. Quapropter & nos in illarum solennitatem mentis aciem intendentes.

I. *Hospites presentes.*

II. *Convivium nuptiale.*

III. *Munus Neogamis oblatum consideremus.*

DE I. L. O. C. O.

Priusquam Evangelista hospites, qui hisce nuptijs interfuere, recenset, præfationis loco mentionem & temporis & loci, quibus hæ nuptiæ celebratæ sunt, facit. De tempore autem sic habet:

Tertiâ autem die, &c. post habitum Christi colloquium cum Nathanaele, ubi dixerat: *Majora his videbis. &c.*

Obiter notandum verbum Domini esse verax. Quodcumq; enim Nathanaeli promisit, id etiam ipsi præstitit. ψ 33.

In Canâ Galileâ. His verbis exprimit locum. Fuit etiam dicta Cana minor, ad differentiam Canæ majoris, quæ sita fuit inter Tyrum & Sydonem in tribu Aser, unde liquet, Deum humilia respicere. Verum his omissis, pergamus ad rem ipsam. ψ 113.

Sunt